1460 Mai 14, Castello San Giovanni. Nr. 6216

NvK an Simon von Wehlen. Er trägt ihm auf, Christian von Freiberg und Wolfgang Neidlinger auszurichten, dass sein Gesandter Matthias ⟨Bloemart⟩ von der Kurie zurückgekehrt sei. Der Papst habe aufgrund der Nachricht von der Festsetzung des NvK dem Kaiser geschrieben und den Bischof von Torcello zu Hz. Sigismund abgeordnet. Letzerer sei jedoch nach Erhalt der Nachricht von der Freilassung des NvK nicht aufgebrochen. NvK habe Hz. Sigismund über Leonhard von Weineck seine Vorschläge ausrichten lassen und reite nun nach Bologna um die herzoglichen Gesandten zu treffen. Er wolle nicht, dass seine Kirche um seinetwillen leide.

Kopie (gleichzeitig): BERNKASTEL-KUES, *Cod. Cus. 221 p. 210. Über dem Text:* Copie cedule misse magistro Symoni de Castello Sancti Johannis.

Erw.: Jäger, Streit II 53; Vansteenberghe, Cardinal 198; Meuthen, Die letzten Jahre 216 Anm. 4.

Item, magister Symon, dicite dominis Cristanno Friberger[1]) et Wolfgango Nydlinger[2]), quomodo d. Mathias[3]), capellanus meus, missus ad papam, hac hora ad me in castro Sancti Johannis prope Bononiam rediit et respondit se s. d. n. in balneis[4]) litteras meas presentasse et intellexit, quomodo audita circumvallacione mea papa et domini cardinales reputantes apostolicam sedem lesam in suis libertatibus statim ad remedia iuris et alia recurrentes aviserunt oratores cum litteris ad serenissimum d. imperatorem[5]) et alios. Et illi recesserant ante accessum domini Mathie ad curiam. Deinde determinaverunt mittere re^{mum} dominum episcopum Torczelanum[6]) cum fulminacione processuum, qui statim post accessum d. Mathie debuit de curia recessisse. Et ob scripta mea non recessit. Eciam dicit d. ducem Sigismundum debuisse aliqua brevia recepisse a s. d. n., sed ignorat, si verum est. Ego vero, dum recederam de Empezo, misi Leonardo Wynecker cedulam consilii mei domino duci legendam, que continet coram deo fidele consilium meum, et ita reperiet d. dux.[7]) In qua cedula ponitur, quomodo dominica ante Ascensionem *(18. Mai 1460)* ero in Bononia expectando iuxta condicta missurum a d. duce ad papam. Et ita nunc Bononiam vado, et non deficiam in omnibus michi possibilibus. Et quidquid aliud famatum fuerit, non credatur. Dimisi enim omnem rancorem, sed quod libenter viderem ecclesiam meam non pati propter me. Hoc non debet michi imputari, nam illam debeo michi preponere in omnibus.
Scriptum die xiiii maii 1460.

N. cardinalis sancti Petri manu propria.

---

18 in: *em.* et.

---

1) *Christian von Freiberg, Domkustos zu Brixen. Er gehörte ebenso wie Wolfgang Neidlinger zu den Domherren, die Hz. Sigismund nahe standen.*

2) *Wolfgang Neidlinger, Brixner Domherr.*

3) *Matthias Bloemart, Familiar des NvK, der ihn zur Kurie nach Siena geschickt hatte; s.o.* Nr. 6178 *Anm. 1.*

4) *Der Papst hielt sich den gesamten Mai über in den Bädern von Macereto südlich von Siena auf; vgl. Brosius, Itinerar 428. Zum Kuraufenthalt vgl. Pius II., Commentaria, ed. van Heck I 261:* Pontifex aquas calidas in hoc loco viginti diebus per canale ductas in vertice capitis accepit; sic factu salubre dixerunt medici, quia nimis humidum eius cerebrum videretur. Dazu auch *Raponi, Cardinale Agostiniano 252-257.*

5) *Vgl. oben* Nr. 6213 *(1460 Mai 13). Da der Bote des hier genannten Breve bereits zum Kaiserhof aufgebrochen war, als Matthias Bloemart an der Kurie eintraf, kann nicht* Nr. 6213 *gemeint sein. Ks. Friedrich III. hatte bereits am 28. April 1460 bei Hz. Sigismund protestiert; s.o.* Nr. 6198.

»Acta Cusana« Band III Lieferung 2 (978-3-7873-4321-8), Felix Meiner Verlag, Hamburg 2023.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.

6) *Domenico de' Domenichi, B. von Torcello. Er hatte am 8. Mai 1460 Reisespesen erhalten; s.o.* Nr. 6211.
7) *S.o.* Nr. 6203 *(1460 April 29)*.

»Acta Cusana« Band III Lieferung 2 (978-3-7873-4321-8), Felix Meiner Verlag, Hamburg 2023.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.